



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Enchiridion Sev Manuale Episcoporum Pro Decretis in
Visitatione, & Synodo, de quacumque re condendis.**

Gavanti, Bartolommeo

Venetiis, 1650

F

urn:nbn:de:hbz:466:1-9534

- celebrata interesse, & in fine ipse debet absolueret. *Cærem. ibid. cap. 36.*
- 7 Canonico mortuo, sumptibus Capituli fiat funus; tum Missa Conventualis; & Missa priuata à singulis sacerdotibus illius Ecclesiæ Prouinc. 4.
 - 8 Parocho mortuo, successor quotannis anniuersarium celebret pro eo cum Missa Parochiali. Prou. 6.
 - 9 Infra Octauam defunctorum arbitrio Episcopi, die non impedito, Canonicus seu Dignitas Ecclesiæ Cathedralis celebrabit Missam pro animabus omnium Episcoporum, & Canonicorum Cathedralis defunctorum. *Cærem. Episcop. loco citat. capitul. 37.*
 - 10 Clerus faciat Missas pro iisdem. Prouinc. 3.
 - 11 In Collegiatis fiat idem pro Canonicis illius Ecclesiæ. *ibid.*
V. Exequi a. n. 22. 23. 24. Parochorum munita. m. 46. 47.

Exorcista.

- 1 NE quis Exorcista fungatur officio sine licentia Episcopi. Prouinc. 1.
- 2 Neque duo simul exorcizentur. Prouinc. 4.
- 3 Mulieres ne tangatur ab Exorcista. *ibidem.*
- 4 Neque vilis quaestus, aut percunctatio ad diuinationem intercedat. Prouinc. 1.
- 5 In Ecclesia tantum exorcismi fiant, paucis presentibus, vno, saltem Ecclesiastico, neque ante ortum, neque post solis occasum. Prou. 4.
V. Anomalium cura spiritualis. nu. 30.

Extrema vnctio.

- 1 EXTREMÆ vnctionis, & viatici, aliaque Sacramenta non possunt dare confessarij ijs, quorum audierint confessiones, licet ij dicant sibi ea denegari à Parocho. Leo X. A. 1518.
- 2 Nisi denegatio sit illegitima, & vicinorum testimonio probata, aut requisito coram Notario facta doceretur. *ibidem.*
- 3 Religiosi non possunt ministrare hoc

Sacramentum, nec etiam in necessitate; alias incidunt in Canonem. Cler. relig. *de priu. Sylu. V. vnctio.*

- 4 Licentiam dare potest proprius Sacerdos, etiam si sit excommunicatus, aut suspensus. *Sylu. ibid. qu. 4.*
- 5 Ne pueris vsu rationis carentibus, neque mulieribus in partu, neque damnatis vltimo supplicio ministratur. Prou. 4. Senio confectis, non agrotis, dari potest. *ibid.*
- 6 Vnam cum viatico, si opus est, defertur oleum infirmorum. *ibid.*
- 7 In via Psalmi recitentur. *ibid.*
- 8 Sacculo sericeo violaceo de collo pendente feratur olei vas. *ibid.*
- 9 Si oleum aliud non sacrum adhibeatur, iteretur vnctio. Prou. 5.
- 10 Oleo veteri sacro poterit vti Parochus in casu necessitatis. Cong. Episc. 20. Maij 1590.
- 11 Singulis mensibus reddatur ratio Deputato ab Episcopo de defunctis, & Sacramentis ministratis. Prouinc. 4.
V. Cessatio à diuinis. nu. 5. Interdictum num. 38. 39. Olea Sacra. nu. 12. 13. Pests nu. 8. Regularium iura circa Tertiarias. numero 3.

Familiaris Episcopi, vel Cardinalis.

- 1 FAMILIARIS, & commensalis idem, *Trid. se. 23. cap. 9. continuae; inquit, commensalitates.*
- 2 Familiares Episcopi, laici, sunt immunes à laica iurisdictione. Congreg. Episc. 7. Iunij 1595.
- 3 Cardinalis presbyter potest conferre primam tonsuram, & minores ordines suis familiaribus. *DD. apud Barbof. de potestate. Episcop. allegat. 5. numero 19.*
- 4 Episcopus titularis non potest ordinare suum familiarem. *Trid. sess. 14. c. 2.*
- 5 Potest Episcopus ordinare familiarem suum, si per triennium secum fuerit commoratus, & beneficium quacumq; fraude cessante statim re ipsa illi conferat. *Trid. sess. 23. cap. 9.*
- 6 Habet hoc etiam locum in minoribus, & prima tonsura. *Nauarr. cons. 11. de temp. ordinat. & decium refert Armandar. in addit. ad re omfil. legum Nauarrae lib. 1. titul. 18. lib. 7. de Episc. numero 45.*

7. Triennium sufficit incœpisse, antequã esse Episcopus. decisum refert Garz. de benef. par. 2. capitul. 5. numero 83.
8. Debet esse continuum. Campanil. in diu. iuris canon. rubr. 9. capitul. 9. num. 12.
9. Beneficium statim ei est conferendũ. decisum refert Garz. d. cap. 5. numero 95.
10. Et sufficit beneficium simplex in aliena Diœcesi. Congreg. Conc. 26. Maij 1590.
11. Etiam ad titulum pensionis ordinari potest. decisum refert Garz. d. cap. 5. nu. 81. 82.
12. Etiam ad titulum patrimoniij pro necessitate, & commoditate Ecclesie Episcopi, & debet ascribi illi Ecclesie. decisum refert idem *ibid.*
13. Licet ordinandus sit Ultramontanus, ordinari potest, vt supra. Congr. Episc. 12. Ianuar. 1618.
14. Non potest tamen Episcopus dispensare cum familiari super illegitimitate, etiam ad minores ordines, neque super interstitijs. decisum refert Garz. loc. cit. nu. 86.
15. Postquam fuerit ordinatus titulo beneficij collati, erit Episcopo subditus, & sic cum eo dispensare poterit in interstitijs. decisum refert Armendar. loc. cit. nu. 50.
16. Non potest admitti ad cœcursum Parochialium, nisi per obitum. decisum refert Genuens. in Praxi 1. edit. cap. 66. V. Exempti nu. 4.

A D D I T I O.

1. Collatio beneficij requiritur etiam ad primam tonsuram familiaris Episcopi. Barb. cum alijs de pot. Episc. alleg. 5. nu. 11.
2. Beneficium statim conferendum, hoc est, intra decem circiter dies. Molfes. cum alijs in suum. tr. 2. c. 2. nu. 9.
3. Ratio ordinationis, & litterarum dimissorialium ad alium Episcopum in casu familiaris est. ead. Barb. loco cit. n. 16.
4. Potest Episcopus dispensare in interstitijs cum suo familiari, si reliqua à conc. Trid. præscripta adsint; DD. cum Diana 3. part. tract. 4. de sacram. resol. 190.

Festi dies.

1. Non potest Episcopus sacrare dies festos iis, qui non sunt auctoritate Apost. relati in sanctorum numerũ. Sanchez in præcepta Decal. lib. 2. c. 43. nu. 9. & Azor. p. 2. lib. 1. c. 26. quest. 1. 4.
2. Solus Episcopus potest statuere dies festos, vocato populo, vt ab eo audiat, an nimis grauetur. Barbof. de pot. Episc. alleg. 105. nu. 36.
3. Potest indicare festa in Synodo sine populi consensu. M. Ant. Genuens. in praxi cap. 51. vbi resp. ad tex. in cap. fin. de ferijs.
4. Potest Episcopus indicare festa vsque ad meridiem tantum, & populus tenetur audire Missam. Azor. loco citat. quest. 8.
5. Parcissimus sit Episcopus in institutione festorum. Sayrus in clari reg. l. 7. cap. 3. nu. 16.
6. Colantur festa vsu, vel publico voto inducta. Prou. 3.
7. Festa de præcepto communia toti Ecclesie sunt. Natiuitatis Domini, Resurrectionis, Ascensionis, Pentecostes, Epiphaniae, Corporis Christi, Circumcisionis Domini; Duæ feriae post Pascha, & Pentecosten: sed hæc ex consuetudine. Azor. infra. Assumptionis, Natiuitatis, Purificationis, Annunciationis B. Virginis, Natiuitatis S. Io. Baptistæ, SS. Apostolorum Petri, & Pauli, Natal. duodecim Apostolorum, S. Stephani, Sancti Laurentii, Dedicationis S. Michaelis Archangeli, Omnium Sanctorum, Inventionis S. Crucis. Hæc Syllu. V. Dominica. q. 1.
8. De consuetudine vniuersali sunt festa S. Nicolai, S. Antonii, S. Catharinæ. idem *ibid.*
9. Item SS. Innocentium, & S. Syluestri, standum est consuetudini. idem *ibid.* & Azor. cum alijs p. 2. l. 1. c. 25.
10. De S. Martini festo idem docet Azor. *ibid.*
11. Festum S. Marci non est de præcepto, iure communi. Azor. *ibid.* nisi vbi est consuetudo.
12. Festum S. Ioseph est vbique de præcepto. Greg. XV. An. 1621.

- 13 Festum item S. Annæ. Idem Anno 1622.
- 14 Item Festum S. Francisci. Congr. Rit. die 3. Ian. 1622. & in Tabella est Romæ edita Anno 1631. de festis ubique de præcepto.
- 15 Decreto euilgentur festa de præcepto, & de consuetudine, vel voto, & in Calendario notentur cum vigilijs de præcepto. Prou. 3.
- 16 Ea denunciet Parochus die Dominico præcedente: & doceat de agendis eo die. *ibid.*
- 17 Denunciet etiam Indulgentias, Stationes, orationes, processiones, & officia defunctorum in Parochiali obeūda. *ibidem.*
- 18 Abstineant ab opere seruili, mercatus ne fiant; negotiationes, & iudiciorū strepitus quiescant. Pius V. A. 1566.
- 19 Licet diebus festis dare operam rebus ad vitam necessarijs tempore perituris, vel ubi necessitas urgeat, aut pietas suadeat iudicio Ordinarij. decisum refert Quar. V. *Dies festis.*
- 20 Nundinæ occurrentes in die festo, quæ fiunt qualibet hebdomada, fiant in præcedenti feria; quæ vero semel in anno, tolerari possunt post celebratam Missam maiorem. Congregat. Episc. Aug. 1592.
- 21 Ne fiat apparatus pro nundinis, mercature, quæ in sequentem cadant diem post festum. Prou. 3.
- 22 Ne quid ematur, aut vendatur, præter id, quod ad victum illius diei, seu agrotos attinet. Prou. 1.
- 23 Non tamen ea venalia propè Ecclesiam proponantur. Prou. 3.
- 24 Neque ibidem eorundem tentoria, rastræ sint quibus illa exponuntur, excepto pane, defendendo à Sole, vel à pluuia. *ibid.*
- 25 Neque officinæ sint apertæ, sed ostium tantum. *ibid.*
- 26 Certa item hora vendendi præscribitur. *ibid.*
- 27 Ne exigantur collectæ, taleæue in opidis, & præsertim tempore, diuinorum officiorum, concionis, processionis, doctrinæ Christianæ. Prou. 3.
- 28 Neque libri, imaginesque venales proponantur. *ibid.*
- 29 Ne, quæ ad alex. vsum, laruæ, vestes personatorum vendantur, aut locentur. *ibid.*
- 30 Neque commestiones in honore Sanctorum, ludij, aliæue profanæ actiones, neque comediæ, hastiludia, spectacula fiant. *ibid.*
- 31 Saltationes, tripudia, choreæue ne fiât, dum diuina celebrantur officia. *ibid.*
- 32 Ne circulatores, & eiusmodi quidquam vendant, ne medicamenti quidem prætextu. *ibid.*
- 33 Tonforibus, pistoribus, futoribus, calcearijs, & eiusmodi præscribantur certæ regulæ. *ibid.*
- 34 Ecclesiastici non suscipiant iter, nisi vrgenti de causa: Laici verò, vel prius audita Missa. Prouinc. 5.
- 35 Non excusentur puellæ nobiles, aut viduæ à Missa audienda, cuiusuis consuetudinis prætextu. Prou. 1.
- 36 Neque testes dicant testimonium, nisi in causis, in quibus licet die festo iuramentum deferre: & hæc etiam in foro laicorum feruentur. Prou. 4.
- 37 Ne torqueantur rei, nisi criminis atrocitas aliud exigat. *ibid.*
- 38 Causæ alimentorum tractari possunt coram Episcopo in die festo. Sæ. *Alimenta.*
- 39 Regulares seruent festa, & ieiunia pro locorum consuetudine. Prou. 5.
- 40 Si dies festus incidat in diem vigiliæ de præcepto, omninò seruetur ieiuniū. Prou. 6.
- 41 Festum Sancti Titularis Ecclesia Parochialis colatur etiam cum vigilia, hortante Parocho suas oues. Prouinc. 3.
- 42 Post Vesperas, saltem de libro, vita Sancti Titularis enarretur, ex auctore probata. *ibid.*
- 43 Si adsit corpus, vel insignis Reliquia, eo die, & campanarum sono, & luminum apparatu diuina officia celebrentur. *ibid.*
- 44 Principes & Magistratus inuitentur ad Ecclesiam Cathedralē in solemnioribus festis, & ad processiones. *ibidem.*
- 45 Pro licentia operandi in die festo nihil imponatur titulo elemosinæ, nisi hortando. Congregat. Episcop. 27. Nouemb. 1594.

- 46 Parochus non potest dare licentiam operum in die festo, nisi consentiente Episcopo. eadem 18. Iulij 1594.
- 47 Superiores laici non possunt dare licentiam, & si dent, nulla est, & possunt puniri ab Episcopo. Barb. de potest. Episc. alleg. 105. num. 42.
- 48 Potest Episcopus procedere contra laicos non obseruantes festa. ex Bulla Pij V. supra citata.
- 49 Potest, & laicus iudex procedere contra eosdem. Congreg. Episcop. 21. Augusti 1615.
- 50 Pœna incurritur arbitrio Ordinarij, vel Magistratus, etiam amissionis animalium. Pius V. sup.
- 51 Præuentioni sit locus. *ibid.*
- 52 Pro officinis apertis, rebusuè venditis, etiam pater, dominus, & artifex pœnam subeat. Prou. 1.
- 53 Non locentur pœnæ ex violatione festorum, sed applicentur locis pijs, eo loci, & in quo soluuntur. Congregat. Episc. 22. Maii. 1590.
- V. Casus reseruati. num. 14. Excommunicatio. num. 21. 33. Licentia. num. 1. Regularium iura sub Episcopis. num. 26.

A D D I T I O.

- 1 Ad Vicarium potius foraneum, non ad Archipresbyterum spectat dare licentiam operandi die festo. Cong. Episc. 18. Nou. 1597.
- 2 Debet autem hac de re licentia dari in scriptis. ead. 21. Aug. 1615.

Fidei Professio.

- 1 Prouisi de beneficijs quibuscumque animarum curam habentibus. tenentur à die adeptæ possessionis ad minus intra duos menses coram Episcopo, seu Vicario fidei facere professionem. Trid. sess. 24. cap. 12.
- 2 Canonici, & Dignitates Cathedralium, & coram Episcopo, & in Capitulo tenentur. *ibid.*
- 3 Et portionarii, qui sunt de Capitulo. Ricciull. de iure person. l. 1. cap. 13. nu. 57. aliàs minimè, neque Capellani in Cathedrali. *ibid.*
- 4 Etiam Canonici prædicti, exempti, tenentur coram Episcopo, & Capitulo, decisum refert Garz. part. 3. cap. 3. n. 21.
- 5 Item Canonici Regulares Cathedralium à die electionis, seu à quo admittuntur ad participationem massæ capitularis. decisum refertur. *ibid.* num. 16.
- 6 Sede Vacante non sufficit fieri coram Capitulo, sed coram eius Vicario Capitulari. Garz. *ibid.* num. 27.
- 7 Si Episcopus, vel Vicarius fuerit in capitulo, sufficit, quod ibi semel emiserint coram iis. decisum refert Garz. *ibid.* num. 24.
- 8 Non tenentur Coadiutores Canonorum, aut Dignitatum, nisi cum factus fuerit successioni locus. Garz. p. 4. c. 5. num. 76.
- 9 Neque tenentur in Capitulo facere Canonici, & Dignitates Collegiatarum. decisum refert Garz. part. 3. cap. 3. nu. 13.
- 10 Sed sufficit, vt faciant coram Vicario, etiam Episcopo non impedito. Garz. *ibid.* num. 23.
- 11 Commendatarii tenentur, sicuti veri beneficiati. Garz. part. 4. cap. 5. num. 20.
- 12 Item Vicarii perpetui. Ricciull. de iure person. lib. 1. cap. 13. n. 12.
- 13 Item Vicarii temporales Ecclesiarum curatarum. idem cap. 14. num. 1.
- 14 Non ii, qui sine proprio titulo deputantur ad animarum curam. idem cap. 13. num. 59.
- 15 Neque ille, qui obtinuit Ecclesiam aliàs curatam, sed desitit habere Parochianos idem. cap. 14. num. 2.
- 16 Tenentur autem post adeptam possessionem. idem nu. 50. & eam pacificam per menses duos. idem num. 62.
- 17 Non excusat ignorantia Concilii Trid. idem nu. 47. licet excusare posset ignorantia Bullæ Pii IV. vel si putaret in ea se non comprehendi. idem num. 46.
- 18 Solet tamen Apostolica Sedes in casibus ignorantia remittere pœnam. idem num. 49.
- 19 Beneficiati omnes, & ii, qui in Synodo Diocesana conuenire debent, fidei, professionem faciant in prima Synodo, cui adfuerint. Trid. sess. 25. cap. 2.
- 20 Omnes ii, ad quos vniuersitatum, & studiorum cura, visitatio, & reformatio pertinet, diligenter curent, vt Decreta Concil. Trid. integrè recipiant, & ad eorum

- eorum normam doceant, & initio cuiuslibet anni ad hoc institutum solemni iuramento se obstringant. *ibid.*
- 21 Publici lectores, vel Magistri, & privati, etiam Grammaticæ, & liberalium artium, tenentur ad fidei professionem faciendam. Pius IV. Anno 1564.
- 22 Et est in usu hæc Bulla. Ricciull. *de iure person. lib. 1. c. 13. nu. 5.* contra Sorbum, & Sanchez.
- 23 Item eligendi in Rectores, vel Cancellarios Gymnasiorum. Pius IV. *loc. cit.*
- 14 Item promouendi ad Doctoratus gradum. *ibid.*
- 25 Item iis qui Arithmeticam, & Musicam docent, ex declaratione Apostolica Prouinc. 4. *V. Ludi Magistri numero 1.*
- 26 Concionatores saltem semel. Prouinc. 5.
- 27 Confessarii omnes, Medici, Chirurghi, Aduocati, & Procuratores sancti Officii. *ibid.*
- 28 Bibliopola, & Typographi. Prou. 6. *V. Librorum editio nu. 21.*
- 29 In nouo beneficio Parochiali, seu canonicali debet de nouo emitti. *decisum refert Garz. d. capitul. 3. numero. 17. 38.*
- 30 Per se ipsum facere debet beneficiatus, non per procuratorem. *decisum refert idem nu. 74. & vltro se offerre debet. Ricciull. supra nu. 8.*
- 31 Posse per procuratorem, docet Nauarr. *cons. 11. titulo de iure iur. numero 2.*
- 32 Sed cum speciali mandato Ricciull. *loco cit. nu. 30. & si velit Episcopus. idem nu. 29.*
- 33 Etiam si alia de causa alias emiserit. *idem nu. 19.*
- 34 Omissio hæc non priuat beneficium possessione, & iuribus beneficii, *decisum referunt in Addit. Quar. V. Benef. possessio lit. B. in fin.*
- 35 Priuat fructibus beneficii, *Trid. sess. 24. c. 12.*
- 36 Absque alia sententia. Ricciull. *sup. nu. 43.*
- 37 Fructibus præbendarum, non distributionibus *decisum refert Garz. d. c. 3. nu. 60.*
- 38 Neque defunctorum Anniversariis. Ricciull. *loc. cit. nu. 53.*
- 39 Nisi fructus omnes consistant in distributionibus. *idem nu. 54.*
- 40 Neque prodest triennalis possessio quoad fructus percipiendos. *decisum refert Garz. loco citato nu. 34.*
- 41 Et semper tenentur eam facere. *idem ibid. nu. 29. & 30.*
- 42 In Dignitatibus habentibus fructus distinctos mensa capitulari, sunt applicandi fabricæ Ecclesiæ, si egeat, vel loco pio, arbitrio Ordinarii. *Garz. ib. n. 30.*
- 43 Et generaliter fructus amissi ob hanc causam in usus pauperum, vel fabricam Ecclesiæ impendi debent. *Garz. p. 5. c. 3. nu. 36.*
- 44 Nec episcopus potest condonare fructus amissos. *decisum refert Garz. p. 5. c. 3. nu. 53.*
- 45 Iis, de quibus supra numero 21. 23. 24. imponitur pœna nullitatis auctorum, & alia contra Rectores, & Superiores quoscumque Vniuersitatum, & Gymnasiorum. Pius IV. *supra.*
- 46 Episcopus non exigens, nec recipiens à Doctoribus, & scholaribus fidei professionem incurrit pœnam interdicti ab ingressu Ecclesiæ. Pius IV. *vbi supra.*
- 47 Inferiores vero non recipientes, ut supra excommunicationis latae sententiæ, priuationis dignitatum, beneficiorum, officiorum, & fundorum, incurunt pœnam. *idem ibid.*
- 48 Receptio, promotio, electio, &c. sunt nullæ *idem ibid.*
- 49 Referantur in certum librum nomina eorum, qui fidei professionem emiserunt Prou. 3. *V. Capitulum nu. 17. Concio Sacra nu. 20.*

Filij clericorum illegitimi.

- 1 Non licet iis in Ecclesiis, vbi eorū partes beneficium aliquod Ecclesiasticum habent, aut habuerunt, quodcumque etiam dissimile beneficium obtinere. *Trident. sess. 25. c. 15.*
- 2 Nec in dictis Ecclesiis ministrare, nec pensiones super fructibus beneficiorum patrum habere. *ibid.*
- 3 Reciprocae resignationes inter eos, fraude factæ censentur in posterum, & nullæ. *ibid.*
- 4 Prohibitio Concilii habent locum in filiis naturalibus procreatis tempore, quo parentes eorum nondū erant effecti clerici.

- eti clerici. decifum refert Garz. p.7. cap. 3. num. 15.
- 5 Regula de trienniali non habet locum in hac materia. decifum refert idem. *ibid.* num. 88.
 - 6 Non potest Epifcopus difpensare cum illegitimi filijs clericorum ad beneficia patrum. DD. apud Barbof. *allegat.* 65. num. 30.
 - 7 Non potest filius illegitimus obtinere beneficium in ea Ecclefia, in qua pater eius fine legitimo titulo illud idem obtinuit, & minus pacifice. decifum refert Garz. *loco cit.* num. 59.
 - 8 Non potest filius illegitimus, obtinere illud beneficium ratione cuius debet cantare vnum verficulum cetto die in Ecclefia, in qua pater eius est Canonicus. decifum refert idem *ibid.* num. 69.
 - 9 Neque potest obtinere beneficium, neq; feruire tamquam amouibilis Capellanus in Ecclefia, in qua pater tamquam Capellanus amouibilis feruiuit. decifum refert idem *ibid.* num. 72.
 - 10 Sufficit poffeffio patris in beneficio, licet non miniftrauerit, nec aliquid perceperit de fructibus beneficij, vt excludatur filius ab alio beneficio decifum refert idem *ibid.* num. 55.
 - 11 Excluditur etiam filius quando pater habuit folam fedem in Choro ratione Dignitatis, quam in alia Ecclefia obtinebat. decifum refert idem *ibid.* nu. 66.
 - 12 Neque potest filius, vt Cantor musicus feu Saerita miniftrare, vbi pater est beneficiatus. decifum refert idem *ibid.* num. 68.
 - 13 Non excluditur filius, fi pater obtinuit quidem beneficium, fed litteras non expedit, neq; vniquam poffeffionem cepit. decifum refertur *ibid.* num. 55.
 - 14 Neque dicitur habuiffe, qui prouifus, & litteris non expeditis, neque poffeffione capta, ceflit alteri. decifum *ibid.* num. 56.
 - 15 Non prohibetur obtinere Ecclefiam filialem dependentem, feu vnitam accelforij Ecclefie matrici, cuius pater fuit Rector modo in ea non miniftrauerit: prohibetur autem obtinere vnitam, neque principaliter, aut, fi in vtraque pater miniftrauerit. decifum refertur *ibid.* num. 62. 63. 65.
- 16 Neque prohibetur obtinere Canoniatum, qui erat Portio tempore, quo patet illum obtinebat Achill. de Graff. *decif.* de fil. presbyt.
- 17 Neque prohibetur fuccedere in Capellania, qua fundari fciet abfque Epifcopi auctoritate, vt in ea fuccedant clerici de parentela. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cell. gloff.* 5. num. 33.
- 18 Neque prohibetur illegitimus laicus, cuius pater nec beneficium, nec pensionem habet, fed vt Cantor musicus tantum in ea Ecclefia cantat, quin & ipfe cantare poffit. *ibid.* decifum refert Garz. *sup.* num. 68.
- 19 Neque prohibentur pater, & filius in eadem Ecclefia celebrare Miffam dummodo in ea non habeant beneficia. decifum *ibidem* refertur. num. 73.
- 20 Et longè maius prohibentur habitare fimul, decifum refertur. *ibidem.* n. 74.
- 21 In proceffione poffunt incedere pater, & filius beneficiati in diuerfis Ecclefijs: fi verò proceffio fiat ad Ecclefiam patris non potest ibi filius miniftrare. decifum refertur *ibid.* nu. 68. in 3. *declar.*
- 22 Penfio potest transferri in filium à Patre habente facultatem transferendi. DD. apud Barb. *alleg.* 65. num. 27. Garz. *loco cit.* num. 34.
- 23 Nepos legitimus ex filio illegitimo nō comprehenditur in decreto Concilij decifum refert Garz. *d. cap.* 3. num. 22.
- 24 Et potest etiam nepos illegitimus ex filio illegitimo obtinere beneficiū quod auus habuit decifum refert idem *ibid.* num. 27.

ADDITIO.

Legitimus per fubfequens matrimonium non potest obtinere Canoniatum in ea Ecclefia, in qua Pater. *Congr. conc.* 17. Aug. 1626.

Fori priuilegium.

- 1 **P**riuilegio fori non gaudet, nifi qui beneficium Ecclefiafticum habet, aut clericalem habitum & tonuram defert, alicuique Ecclefie de mandato Epifcopi feruit *Trid. feff.* 23. cap. 6.
- 2 Item qui in Seminario clericorum, G aut

Bart. Gualt. Man.

- aut scola, aut vniuersitate de licentia Episcopi versatur *ibid.*
- 3 Clerici coniugati gaudent, si alicuius Ecclesie seruitio, vel ministerio ab Episcopo deputati eidem seruiant, & clericali habitu, & tonsura vtantur. *ibidem.*
- 4 Coniugati clerici gaudent in criminalibus, & ii, qui cum vnica virgine contraxerunt. Bonifac. VIII.
- 5 Assumptio clerici alicui Ecclesie ab Episcopo facta ore tenus sufficit decisum referunt Ricc. in *praxi fori Eccl. decis. 601. in 1. edit. & Barbof. de potestate Episcop. allegat. 12. num. 13.*
- 6 Sed pro maiori parte seruiat, Barbof. *ibid. num. 14.*
- 7 Et idem illi non alteri. *idem ibid.*
- 8 Habitus autem, & corona copulatiue, non distinctiue sufficiunt, decisum referunt Vgol. *de pot. Ep. cap. 12. num. 3. vac. 3. Barbof. loco citato num. 19.*
- 9 Si item soleant deferri; licet aliquando ex causa deponatur. Mar. Anton. *variari. resol. lib. 3. res. 48. n. 7. Barb. cit. nu. 20.*
- 10 Beneficiatus vt gaudeat, debet probare etiam beneficii possessionem. Barb. *ibid. num. 4.*
- 11 Nisi impediatur ab intruso, contra quem mouit litem. *idem ibid. nu. 5.*
- 12 Solus titulus beneficii valet, vt gaudeat priuilegio fori absque redditibus. M. Anton. *Gentens. in praxi Archiep. Neap. c. 7. in fine.*
- 13 Præstimonium sufficit quia est beneficium Garz. *part. 1. cap. 2. num. 117.*
- 14 Coadiutoria posita per Papam sufficit. *idem par. 2. cap. 5. n. 98. Barb. loc. cit. nu. 9.*
- 15 Pensio solita concedi clerico, an sufficit? Affirmant, Negant DD. apud Barb. *sup. num. 8.*
- 16 Familia armata Episcopi, etiam laica, gaudet fori priuilegijs, sicut clerici. DD. apud Barbof. *alleg. 107. num. 9.*
- 17 Item fiscalis, Notarius, Cancellaria, officium exercens, Nuncijs, Custodes carcerum, & Lectores. *idem num. 11. 12. 13.*
- 18 Nouitij gaudent priuilegio fori. Angel. *V. Religio num. 24.*
- 19 Conuersi professi Barbof. *sup. numero 38.*
- 20 Oblati Regularium. *idem num. 39.*
- 21 Milites Religiosi *idem num. 45.*
- 22 Tertiarij S. Francisci communiter uiuentes. *idem num. 41.*
- 23 Qui non viuunt in cõmunitate? Aiunt, Negant DD. apud Barbof. *ibid.*
- 24 Eremitæ nullam profitentes religionem, nulloque clericali ordinem signati, nec habentes modum viuendi ab Ecclesia approbatum, non gaudent. Barb. *num. 42.*
- 25 Pœnitentes Pizzocheræ, non gaudent. *idem num. 44.*
- 26 Laici ianitores Ecclesiarum, seu ij, qui accendunt lampades non gaudent. Congreg. Episc. 28. *Jan. 1603.*
- 27 Cum priuilegio fori iungitur immunitas à gabellis, exactionibus, & tributis. Barb. *alleg. 13. num. 1.*
- 28 A quibus non est immunis clericus negotiator. *idem num. 8.*
- 29 Priuati priuilegio fori non intelliguntur priuati priuilegio Canonis decisum refert Garz. *de benef. par. 2. cap. 2. num. 20. Barbof. alleg. 12. num. 32.*
- 30 Priuati priuilegio fori puniri possunt à iudice laico, nulla præcedente degradatione. *idem Barbof. num. 31.*
- 31 Si tempore delicti commissi erat beneficiatus de foro Ecclesiastico, & postea ducat vxorem, causa pertinet ad iudicem Ecclesiasticum. Gratian. *discept. for. cap. 224.*
- 32 Cognitio causæ de clericatu, habitu, & tonsura, pertinet ad iudicem Ecclesiasticum, citato iudice, & fisco curia secularis. Barbof. *allegatio 12. numero 33. 34. V. Clericus numer. 17. 84. 85. Notarius numero 32. Ordines Minores num. 3. Pensio numer. 11. Regularium iura sub Episcopi? num. 52.*

A D D I T I O.

- 1 Ordinarius non potest priuate clericos non inseruientes Ecclesijs immunitate à gabellis, & alijs oneribus laicibus. *Congreg. Episcop. 24. Jan. 1631.*
- 2 Subdiaconus, qui in vim dispensationis Apostolicæ cum vidua matrimonium contraxit, & pensiones obtinet Ecclesiasticas gaudet priuilegio Fori. *Congr. conc. 24. Mart. 17. Sept. 1618. apud Barbof. de iure Eccl. l. 1. cap. 39. §. 2. num. 39.*

- 3 Clericus, qui post delictum assumpsit characterem, & habitum, gaudet hoc priuilegio, & quoad personam, non quoad bona, si staus subsit, diiudicanda est à iudice Ecclesiastico. *Congr. Immun. 18. Februar. 1631. apud Barb. ibid. nu. 89.*
- 4 Filius legitimus clerici ante clericatū natus gaudet hoc priuilegio vita patris durante. *eadem 18. Mart. 1631. apud Barb. ibid. num. 62.*
- 5 Item coloni partiarij Episcoporum durante colonia. *ead. 6. Dec. 1627. apud eundem ibid. num. 63.*
- 6 Item conductores prædiorum Ecclesiasticorum *ibid. num. 64.*
- 7 Non gaudent clerici minorum ordinum promoti ab alieno Episcopo cum falsis dimissorijs post declarationem iudicis Ecclesiastici. *rb. VIII. in Bulla de hac re 11. Dec. 1624.*
- 8 Clerici coniugati, etiam cum vnica, & virgine non gaudent exemptione à tributis. *DD. cum Barbos. loco citat. §. 5. num. 16.*
- 9 Coloni, affectuarij, vel partiarj bonorum Ecclesiasticorum gaudet exemptione collectarum tam ordinariarum, quam extra ordinariarum, pro colonica portione. *Congreg. Episcop. 18. Sept. 1618. & post longam disputationem Romæ Anno 1620. pro statu Mediolani idem definitum.*
- 10 Bona patrimonialia quæcumque clericorum libera sunt à laicorum exactiōibus. *ead. 3. Aug. 1592.*
- 11 In damnis datis per clericos, seu per eorum animalia, necnon per familiares ministros, & colonos Episcoporum, & mensæ Episcopalis, etiam laicos, seu eorum animalia in bonis quibuscumque tam Ecclesiasticis, & personarum Ecclesiasticarum, quam etiam laicorum, causa pertinet ad Curiam Episcopalem priuatiuè. *Congreg. Imm. apud Barbos. loc. cit. §. 2. num. 123.*
- 12 Si laici, eorumue ministri, & animalia damnificent bona Ecclesiastica, & personarum Ecclesiasticarum, Curia Episcopalis procedere potest, vt in causis mixti fori. *ibid.*
- 13 At quando coloni, & ministri Ecclesiasticarum, & Ecclesiasticorum cum animalibus proprijs bona laicorum dam-

Barth. Gauant. Man.

nificant, cognitio tam quoad bona, quam ad personas laicorum, & eorum animalia spectat ad iudicē laicum priuatiuè. *ibid.*

- 14 Si vero cum animalibus Ecclesiasticorum, quoad personas ad laicum, quoad animalia ad Curiam Episcopalem. *ibidem.*

Forum Episcopale.

- 1 **I**N ingressu Episcopi, non potest ille indulta facere reis, quæ faciunt Principes, & rei sunt puniendi. *Congregat. Episc. 28. Iunij. 1588.*
- 2 Causæ omnes Ecclesiasticæ, etiam si Beneficiales sunt, in prima instantia coram Ordinarijs cognoscantur, & infra biennium terminentur. *Trid. sess. 24. cap. 20.*
- 3 Causæ matrimoniales examini Episcopi, & iurisdictionis linquantur *ibid.*
- 4 Item & criminales, *ibid.*
- 5 Causæ mercedum, & miserabilium personarum contra Regularem, aut exemptum, si extra monasterium degunt, ad Episcopum spectant, viri a sede Apostolica delegatum, nulla habitatione Conseruatorum. *idem sess. 7. cap. 18.*
- 6 Causæ vnus Episcopatus non debent cognosci in alio Episcopatu licet amborum sit vnus Episcopus *Cong. Episc. 2. Martij 1594.*
- 7 In causis visitationis, correctionis, & criminalibus ante definitiuam sententiam ne appelletur, nisi grauamē deinde sit irreparabile. *Trid. sess. 13. cap. 1.*
- 8 Præuentione Episcopi attentata, in delicto laici contra clericum, ad Episcopum spectat causa. *Cong. Ep. 16. Ian. 1515.*
- 9 Contra alienum clericum non procedatur incōsulto proprio Episcopo. *Trident. sess. 14. cap. 8.*
- 10 Causæ quæ decem aureorum summā non excedunt, summarie, sine forma iudicij non expediantur; quod Pius. V. concessit Prouinciæ Mediolanen. *Pro. uinc. 3.*
- 11 Lites certè breuius, quam in foro laicali, definiantur. *Prou. 6.*
- 12 Pro are alieno non sunt carcerandi præbyteri, neque censuris cogendi.

G 2 Con-

- Congregat. Episcop. 27. Aug. 1591.
- 13 In causis ciuilibus potest Episcopus delegare laicum, non tamen generaliter ad omnes causas, & in defectu sufficientis clerici. Barbof. *alleg. 108. nu. 7.*
- 14 Ne personæ ecclesiasticæ trahere præsumat aliam ecclesiasticam quouis modo ad forum laicale. Martin. V. Anno 1428.
- 15 Neque iudices laici trahant ad se personas ecclesiasticas, eorumue causas. *ibid.*
- 16 Sub pœna excommunicationis, & interdicti respectiue cū reseruatione absolutionis Papæ. *ibid.*
- 17 Fabrica Ecclesiæ trahit laicum reum ad forum ecclesiasticum. Barb. *allegat. 82. num. 37.*
- 18 Potest præterea Episcopum compellere subditos ad eleemosynas. Barbof. *alleg. 82. num. 3. 4.*
- 19 Item cogere laicos, vt eodem preciores victui necessarias peregrinis, & hospitibus vendant, quo publicè ab incolis vendi solent. Idem *num. 5.*
- 20 Item cogere laicos censuris ad vendendum frumentum, & alia tempore penuria. idem *num. 8.*
- 21 Item compellere ad solutionem relictorum ad pias causas, etiamsi heres sit laicus. idem *num. 13.*
- 22 Item tamquam Sedis Apostolicæ delegatus cogere legatarios ad exequendas pias dispositiones, etiamsi executores sint exempti quomodocumque. decisum refert. *Fr. Leo in thes. p. 2. cap. 21.*
- 23 Item potest ipsemet exequi testamentum, negligente herede intra annum ad implere voluntates defuncti. Barbof. *alleg. 82. num. 15.*
- 24 Ille scilicet Episcopus, in cuius iurisdictione sita sunt bona distribuenda; non ille, in cuius iurisdictione testator morabatur. idem *ibidem.*
- 25 Tempus sex mensium in pijs relictis currere incipit, post aditam hereditatem, à monitione Episcopali, idem *nu. 18. 9. & seqq.*
- 26 Imò tenetur Episcopus exequi, confuto de negligentia executorum. idem *num. 26.*
- 27 Possunt etiam peti alimenta apud Episcopum à laicis, & coram eo hac ratione eos conuenire. idem *ibidem num. 9.*
- 28 De beneficijs reseruatis, seu affectis in prima instantia cognosci possunt in Curia, neque comprehenduntur in Decreto Trident. sup. *num. 1. ex Constit. Gregor. XIII. apud Gonzal. ad reg. 8. cancell. gloss. 34. num. 113. & 117.*
- 29 Ex præscriptione, consuetudine, vel priuilegio possunt inferiores Episcopo querere sibi facultatem cognoscendi de causis matrimonialibus decisum referunt DD. apud Barbof. *allegat. 84. numer. 5.*
- 30 Testis probaturus immemorabilem debet esse annorum quinquaginta quatuor. Nald. *Consuetudo num. 10.*
- 31 Potest Episcopus punire excessu Notariorum suorum, Fiscalis, nunciorum, licitorum, custodum carcerum. Barbof. *alleg. 107. num. 15.*
- 32 Licet non possit ferri sententia cum censura, nisi in scriptis; tamen fieri potest præceptum sub censura sine scriptis. Nal. *superior. num. 3.*
- 33 Potest Episcopus habere carcerem. Barbof. *loco cit. num. 20.*
- 34 Custos carceris fidelis esse debet. idem *num. 21.*
- 35 Si cognoscat carnaliter mulierem carceratam, etiam meretricem, punitur acerrimè. idem *num. 22.*
- 36 Potest habere satellites, quot voluerit. Congregat. Episcop. 14. Apr. 1615.
- 37 Satellitio vsurus laico satis est, si Episcopus à laico iudice semel licentiam petat. eadem 3. Octobr. 1585.
- 38 Potest implorare brachium faculare. Trident. *sess. 24. cap. 8. & sess. 25. cap. 5.*
- 39 Potest & censuris compellere, vt opem det. Barbof. *alleg. cit. num. 25.*
- 40 Non potest delegare iudicio laico causas criminales clericorum. idem *alleg. 108. num. 1.*
- 41 Neque laico, & clerico simul. idem *ibidem num. 2.*
- 42 Neque clerico coniugato. idem *nu. 4.*
- 43 Nisi sit in loco, vbi non est clericus sufficiens ad tales causas. idem *num. 5.*
- 44 Et nisi pro delicto esset inferenda pœna sanguinis, quia tunc tenetur delegare sententiam ferendam laico. idem *ibidem.*

- 45 Potest assumere laicum assessorem. idem num. 6.
- 46 Rei ne diebus festis torqueantur, nisi ob atrocitatem delicti. Prou. 4.
- 47 Neque testes diebus festis testimoniū dicant, etiam si die serali iurati sint, nisi in causis, quibus licet. *ibid.*
- 48 Habet Episcopus fiscum, cui applicantur bona clericorum hæreticorum patrimonialia. Barbof. *allegat.* 107. *numer.* 16. 17.
- 49 Unde & potest imponere pœnam pecuniariam, eamque sibi vel Camera suæ applicare. idem num. 18.
- 50 Potest tenere Camerarium pignorum. Congreg. Episcop. 14. April. 1615.
- 51 Publicè peccanti detur publica pœnitentia, quam tamen Episcopus mutare potest in secretam. *Trid. sess.* 2. *cap.* 8.
- 52 Pœna salutaris non significat pecuniariam. Congr. Episc. 9. Aug. 1594.
- 53 Pœnæ criminales ne applicentur fabricæ palatii episcopalis. eadem 3. Ianuar. 1594.
- 54 Pœnæ fori Ecclesiastici non possunt applicari Vicario, vel Camera Episcopali, ut sic, etiam in minima parte. eadem 27. Julij 1619.
- 55 Si Episcopus esset pauper, eas posset sibi sumere. testatur decisum Molfes. relatus à Ricc. *resol.* 300. *nu.* 3. *ver. limit.*
- 56 Debent erogari in vltus pios. *Trident. sess.* 25. *cap.* 3. & 14.
- 57 Pœnæ locis pijs assignatæ non exatæ intra mensem à die, quo solui debent, à locorum administratoribus, statim Seminatio adscriptæ intelligantur. Prou. 1.
- 58 Pœnarum attributio, & solutio in certum codicem in Archiuo asseruandū referantur. Prou. 4.
- 59 Notarius intra triduum moneat Præfectos locorum piorum, ut exigant; aliàs teneatur de suo. Prou. 1.
- 60 Condonans pœnam contra incendiarios in *c. pessimam* 23. *quæst.* 8. vltra obligationem restitutionis suspenditur per annum ab officio episcopali. Barbof. *alleg.* 111. *num.* 23.
- 61 Procurans Episcopus, ut clerici capiantur à Dominis temporalibus, suspenditur à præceptione fructuum ecclesiæ secuto effectu. idem *ibidem* n. 29. *Barth. Gauant. Man.*
- 62 Carcerum Protector deligatur duraturus ad arbitrium episcopi. Prou. 5.
- 63 Qui carceratus inuisat sapè, & arctiori custodia detentos cōsentiente Vicario, eove præsentè, vel alio, *ibid.*
- 64 Visitet episcopus carceres, & reos semel in anno. Prou. 3.
- 65 Designentur patroni miserabiliū personarum, qui cas gratis defendant. Prouinc. 1.
- 66 Aduocati, Procuratores, Notarij, & alij officiales notoriè criminosi arceantur à foro episcopali. Prouinc. 3.
- 67 Cancellariæ prouentus ne locentur, nisi feudalis ecclesiasticæ. Congregat. Episc. 26. Augusti 1592.
- 68 Acta omnia Notarij in codicem, non in pagellas referant, mense saltem, postquam illa rogari cōfecerint. Prou. 3.
- 69 De expensis actorum, & mercede Notarij plura *Trid. sess.* 24. *cap.* 27.
- 70 Taxa seruetur approbata à Greg. XIII. Congreg. Episcop. 14. Apr. 1615.
- 71 Singulis annis, aut alternis decernatur ecclesiasticus vir, qui taxam recognoscat, & ministros delinquentes puniat, tum restitutione, tum alijs penis. Prou. 5.
- 72 Pro litteris Episcoporum commendatarij clericorum, neque Vicarius, neque Notarius aliquid accipere potest. Congregat. Episcop. 15. Maii 1601.
- 73 Sigillo vtatur Episcopus cum imagine Sancti Ecclesiæ patroni, in iis, quæ requirunt Episcopalis sigilli impressionem. Prou. 4.
- 74 Visitet Episcopus tribunal fori sui semel in anno. Prou. 3.
- V. Exempti num.* 3. 9. & *seqq.* *Festi dies.* *num.* 35. & *seqq.* *Fori Præuilegium.* *nu.* 31. 32. *Hebræi.* *num.* 30. *Iuramentum.* *nu.* 6. 7. *Locorum piorum cura.* *nu.* 22. 23. *Notarius.* *nu.* 32. *Regularium iura sub Episcopis.* *nu.* 59. 60. 62. & *seqq.* *Sequestrum.* *numer.* 1. *Spolia clericorum.* *num.* 14. *Testamentum.* *num.* 2. 15. & *seqq.*

ADDITIO.

- 1 Cancellaria Episcopalis non debet locari, nec vendi, nec ex ea Episcopus aliquod emolumentum habere. *Congr. Episc.* 12. Ian. 1598.

- 2 Potest Episcopus cogere laicos ad ferendum testimonium veritatis pro suæ curiæ informatione, sub pœna pecuniaria, & in subsidium excommunicationis. *Congr. conc. 16. Mart. 1630.*
- 3 Potest item coercere, & punire quoscunque exemptos, qui offendunt officiales Curie Episcopalis in actu exercendi suum officium, vel aliàs impediunt Episcopi iurisdictionem, decusum refert *Barb. de iure Eccl. l. 1. c. 43. num. 154.*
- 4 Potest fieri carcer ex pœnis ab Episcopo. *Cong. Episc. 25. Iun. 1596.*
- 5 Fiscali aliqua pars pœnarum applicari potest, non Episcopo, neque Notario. *ead. 4. sept. 1595.*
- 6 Si iubeat Episcopus aliquem crudeliter fustigari, tunc per duos menses à Missarum celebratione suspendendus esset, *Isidor. Moscon. de maiest. milit. Eccl. 1. p. 1. cap. 8.*
- 7 In pari necessitate melius est subuenire pauperibus loci, in quo degit clericus condemnatus in pœnam pecuniariam. *Congreg. Episc. 21. Nou. 1600.*
- 8 Gratis debent dari, quæ sequuntur à Notario Episcopali. *Congr. conc. 8. Mart. 1602.* Approbatio ad confessiones audiendas, licentia administrandi Sacramenta.
Deseruiendi beneficijs.
Sepeliendi defunctos.
Celebrandi Missas.
Colligendi eleemosynas.
Mandata publicandi in Ecclesijs initiandos prima tonsura, & alijs ordinibus.
- 9 Quo ad alia, si nullum habet salarium, quoad litteras collationis, vel institutionis curatarum Ecclesiarum, vel deputationis Vicariorum, in his vnum autem poterit percipere. *ibid.*
- 10 Quoad litteras dimissorias, vel testimoniales decimam vnius aurei partem numquam excedat. *ead. ibid.*

Functiones Episcopales.

- 1 Nullus Episcopus cuiusvis priuilegij prætextu potest exercere Pontificalia in Diœcesi aliena, nisi de Ordinarj expressa licentia, & in personas eidem Ordinarjo subiectas tantum. *Trident. sess. 6. c. 5.*
- 2 Sub pœna suspensionis ab exercitio Pontificalium ordinatis autem ab executione ordinum, ipso iure. *idem ibid.*
- 3 Etiam si inaduertenter hoc faciat, etiam benedicendo calicem, vel corporalia. *Nauar. conf. 12. de cler. excomm. celebr. cum. Zerol. p. 2. v. Episcopi;* excusatur à *Suar. de censur. disp. 28. sect. 4. num. 7.*
- 4 Suspendio à Pontificalibus est referuata Papa. *Barb. de pot. Episc. alleg. 111. num. 9.*
- 5 An sic suspensus fiat irregularis, si celebret? *Negar Nauarr. cum alijs Affirmat Innoc. cum alijs. vide distinctionem inter has opiniones apud Sayr. de censuris lib. 4. cap. 16. num. 17. 18. 19.*
- 6 Patriarcha habens aliquas Ecclesias immediate sibi subiectas in aliena Diœcesi, non potest dare licentiam Pontificalium in aliena Diœcesi sine consensu Diœcesani. *Congreg. Concil. apud Riccium in praxi fori Ecclesiast. post resol. 495. in notabilibus de mat. Episc.*
- 7 Vicarius Generalis sine mandato speciali non potest dare licentiam exercendi Pontificalia. *comm. DD.*
- 8 Capitulum fede vacante dare potest non tamen ad ordinandos suos subditos. *Quarant. Cap. Sede vac. quest. 11.*
- 9 Non potest superior loci exempti dare licentiam ibidem alieno Episcopo Pontificalia exercendi sine cōsensu Episcopi loci, intra cuius fines locus exemptus est constitutus. *Congreg. Concil. 1. Iulij 1597. v. Abbas num. 50.*
- 10 Pontificalibus vestibus vti potest Episcopus in locis exemptis, ex concessione Concilia Vienti. in *Clem. Barb. alleg. 80. num. 4.*
- 11 Et ibidem, & in aliena Diœcesi, infert, posse Missam celebrare in Pontificalibus. *Barb. ibid.*
- 12 Sed in aliena Diœcesi negatur verius, ex Riccio *in praxi p. 1. decis. 467. numero 1. 2.*
- 13 Baculus pastoralis non potest adhiberi ab Episcopo, nisi in sua Diœcesi, & nisi extra Diœcesim concedantur illi consecrationes, ordinationes, vel benedictiones personales Apostolica auctoritate. *Cerem. Episcop. lib. 1. cap. 17.*
- 14 Debet autem adhiberi in omnibus processionibus, quibus interest Episcopo.

- scopus in sua Dicecesi. idem *ibid.*
Reliqua de baculi usu. *vide ibid.*
- 15 Exercent Pontificalia, sine Missa, in peccato mortali, non peccat mortaliter, nisi ministrat sacramenta. Nald. *Episcopus num. 2.*
 - 16 Septimum candelabrum adhibeatur in Missis tantum Episcopi solemnibus, non defunctorum. Congr. Rit. 19. Maij 1607.
 - 17 Episcopo Pontificalia exercenti deseruiant ij, qui solent in Cathedrali, si in vrbe ea exercet. Prou. 4.
 - 18 Assistens pluuiali indutus datur Episcopo tantum, & Episcopalibus insignibus vteni. *ibidem.*
 - 19 Missæ solemnæ Episcopi à Parochis prænuncientur. Prou. 6.
 - 20 Dum Episcopus celebrat Missam; etiam planam, aliæ ibi Missæ ne fiant, Prou. 4.
 - 21 Episcopo absente, Vicarius non potest Missas Conuentuales, nec Pontificales celebrare. Cong. Ep. 16. Maij 1600.
 - 22 Neque deferre sacramentum, aut sacras Reliquias, nec alijs functionibus se immiscere. eadem eodem die.
 - 23 Sed functiones fiunt à prima Dignitate, & postea ab alijs. Congreg. Rit. 1. Martij 1614.
 - 24 Referendarij Commendatarij in monasterijs commendatis, vbi Abbates vti possunt Pontificalibus insignijs, possunt & iisdem vti nimirum, Mitra, Anulo, Baculo, & dare benedictionem solemnem, nisi adsit Antistes aliquis, aut Legatus, vel de eorum tunc consensu. Paul. III. Anno 1540. Sixtus V. Anno 1586.
 - 25 Auditores Rotæ Rom. gaudent eodem priuilegio. Clem. VII. A. 1525.
 - 26 Et Protonotarij participant. *Vide Protonotarij num. 2. 4.*
Vide Cap. sede vac. num. 50.
Patriarcha. num. 9.
- A D D I T I O.
- 1 Episcopus in festis non solemnioribus & in ferialibus non debet æqualiter sedere cum Canonicis sed eodem eminentiorem ascendere. Cong. conc. 20. Iulij 1620. Barb. de canon. c. 32. num. 30.
 - 2 Non potest cantare Missam in Ecclesijs Regularium ipsis inuitis. Cong. Episc. 6. Iulij 1593.
 - 3 Vicarius Apostolicus non potest functiones Episcopales facere. Congr. Rit. 15. Febr. 1614.
 - 4 Episcopo delegato debentur ea, quæ Episcopo deleganti circa assistentiam Canonicorum. ead. 20. Febr. 1604.
 - 5 At non tamen Diaconorum ad sedem. Vide supra Canonic. munera erga Episcopum num. 27. & ead. 1. Sept. 1607.
 - 6 Nisi sit antiqua hac de re consuetudine. ead. 7. Iul. 1612.
 - 7 Absente Episcopo, pertinent functiones Episcopales ad primam dignitatem, quæ residet, & ordine ad sequentes, si primæ absint. ead. 19. Iannuar. 1608. 21. Mart. 1609. 30. Ian. 1610. 11. Nou. 1614.
 - 8 Nisi ad alium pertineat ex immemorabili consuetudine. eadem 9. Maij 1609.
 - 9 Non tenentur prima dignitas ex obligatione, sed ex sua voluntate, & deuotione. ead. 9. Dec. 1600.
 - 10 Neque potest Episcopus eas alteri ad libitum delegare. ead. 20. Febr. 1601. 4. Apr. 1615. 9. Dec. 1617.
 - 11 Neque prima dignitas potest sibi, quæ voluerint substituere. eadem 22. Iannuar. 1618.
 - 12 Coadiutor dignitatis potest eas facere, quas coadiutus. ead. 14. Febr. 1615.
 - 13 Episcopo ordinationem celebranti extra propriam Ecclesiam tenentur assistere Canonici, dummodo in Cathedrali remaneat sufficiens Canonicorum numerus. ead. 7. Iulij 1612.
 - 14 Eidem exercenti Pontificalia, seu Pontificaliter concionanti, etiam extra Cathedrali, in Ciuitate tamen, & non in Dicecesi, tenentur Canonici assistere; & inseruire, qui solent in cathedrali, decisum refert Galert. in Margar. cas. cons. v. Can. pen.
 - 15 Non conuenit assistentia Canonicorum collegiatæ. ead. Congregat. Rit. 1. Iulij 1601. 20. Apr. 1602. 15. Iulij 1617.
 - 16 Neque conuenit assistentia simplicium præbyterorum, neglectis canonicis, ead. 2. Aug. 1631.
 - 17 Ad Episcopum spectant sumptus pro suis paramentis Pontificalibus, & pro ornatu Altaris maioris: ad capitulum

pro reliquis : *Congreg. Episc. in vna Ma-
cerat. Junij 1583.*

Gratie.

- 1 **P**ro gratia, vel iustitia obtinenda in Curia prohibetur dari aliquid, vel promittere, sub pœna excommunicationis lata sententiæ reservata absolute Papæ. Gregor. XIII. Anno 1573.
- 2 Ampliatur etiam respectu quorumvis tribunalium, etiam laicalium, in toto statu ecclesiastico, sub eadem pœna, & alijs. Clem. VIII. apud Naldum. *Gratia numero 14. & habetur in Bulla de Bono regimine. §. 22. 15. August. 1592.*
- 3 Falsò obtentæ in criminosis summarie recognoscantur ab Episcopo, & rejiciantur. *Trid. sess. 13. cap. 5.*

Græcorum iura.

- 1 **G**ræci degentes in locis Latinis, & eorum Ecclesiæ, & pia loca subiecta sunt Episcoporum Latinorum visitationi, & omnimodè iurisdictioni, reservatis eorū approbatis ritibus. Pius IV. A. 1564.
- 2 Ne Græci latino more Missas, & divina officia celebrent, nec Latini è contra sub pœna suspensionis perpetuæ divinis. Pius V. A. 1566.
- 3 Ritus quoque proprii circa Sacramenta serventur, ex Clement. VIII. Decreto apud Quar. in summ. Bullar.
- 4 Fidei professio fiat à Græcis iuxta formam data à Gregor. XIII. apud Quar. *ibidem.*
- 5 Mulieres Latinæ datæ Græcis in matrimonium ne permittantur vivere ritu Græcorum. Cong. Episc. 20. Febr. 1590. *Præcedentia num. 15.*

Hæretici.

- 1 **I**n locis Italiæ, & insularum adjacenti nullus hæreticus quovis prætextu domicilium contrahere, habitare, aut morari possit. Gregor. XV. Anno 1622.
- 2 Neque cuiquam liceat hæreticos receptare, opem ferre, favorem, &c. *idem ibidem.*

3 Et contra prædictos procedatur iuxta formam iuris, & puniantur. *idem ibidem.*

4 Itali quicumque ne audeant habitare in loco hæreticorum, in quo non est aliqua Ecclesia cum sacerdote catholico. Clem. VIII. An. 1596.

5 Abstineant item à matrimonio cum hæreticis mulieribus, hæreticorum sepulturis, & mutuo compatrum officio in baptismo non legitimo, neque eorum medicis utantur, nisi ex inopia catholici. *idem ibid.*

6 Antequam eant ad eos, id significant Ordinarijs, quibus singulis annis transmittant testimonium de confessione, & communione facta. *ibidem.*

7 Aliàs procedi potest contra eos, ut de hæresi suspectos. *ibid.*

8 Nemo mittatur ad hæreticorum loca, etiam causa mercaturæ, nisi agant annum vigesimum quintum. Prou. 6.

9 Neque eant sine licentia Deputati ab Episcopo, & cum redeunt, ferant testimonium ab Episcopo seu Parocho catholico, quod ibi catholicè vixerint. Prou. 3.

10 Qui propè hæreticorum loca habitât, ea conditione concedatur accessus, ne die festo illic opus servile faciant, imò redeant die festo. Prouine. 6.

11 Nullo modo liceat alicui sua bona vendere, ut illi constituent domicilium. *ibid.*

12 Suspectus est de hæresi, qui obdurato animo censuris annexus in illis per annum inforduerit. Trident. *sess. 25. capit. 3.*

13 Bis in anno initio Adventus & Quadrage. moneantur populi à Parochis, ut reveleant suspectos de hæresi. Prou. 2.

14 Si odij, gratiæ, vel amotis, lucri vel commodi temporalis obtentu contra iustitiam, & conscientiam omiserit Episcopus procedere contra quemcumque super hæresi, suspenditur per triennium ab officio. Barbof. *allegat. 111. numer. 30.*

15 Non potest Episcopus absolovere hæreticum, licèt Concil. Trident. concedat ei facultatem ob Bullam Cœnæ. decisum referunt DD. apud Barbof. *alleg. 40. numer. 23. 24.*